



BOLETÍN ECLESIAÍSTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

SUMARIO

- I. Santa Pastoral Visita.—II. Notabilísima epístola de Su Santidad el actual Pontífice Leon XIII á los Obispos de Hungría con motivo de celebrar esta Nación el Milenario de su origen.—III. Circular del Obispado, permitiendo trabajar en los días festivos durante las faenas de la recolección.—IV. Congreso Eucarístico de Lugo.—Circular de la junta diocesana de Salamanca.—V. Programa de los temas sobre que ha de versar el concurso que proyecta celebrar la Real Academia de Ciencias Morales y Políticas.—VI. Reseña de las fiestas de San Juan de Sahagún, Patrono de Salamanca y su diócesi.—VII. Advertencia importante para los señores párrocos y encargados de las parroquias.

SANTA PASTORAL VISITA

Terminada la del Arciprestazgo de Vitigudino, Su Excelencia Ilustrísima, el Obispo de la diócesi, salió el día 8 del actual á recorrer los pueblos del Arciprestazgo de Arapiles, donde continúa, con objeto de finalizarla en esta semana.



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

LEONIS

DIVINA PROVIDENTIA

PAPAE XIII

EPISTOLA

AD EPISCOPOS HUNGARIAE

DILECTIS FILIIS NOSTRIS

S. R. E. PRESBYTERIS CARDINALIBVS

CLAUDIO VASZARY ARCHIEPISCOPO STRIGONIENSI

LAVRENTIO SCHLAVCH EPISCOPO MAGNO-VARADINENSI LAT. RIT.

CETERISQVE VENERABILIBVS FRATRIBVS

HUNGARIAE EPISCOPIS

LEO PP. XIII

DILECTI FILII NOSTRI ET VENERABILES FRATRES SALVTEM
ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

Insignes Deo aeterno grates totâ Hungaria singularibus cum laetitiis agendas iure vos optimo decrevistis. Deo quippe, statori providentissimo et conservatori regnorum, si qua unquam natio, vestra maxime referre debet vim magnam beneficiorum, non pauca iam saecula difficilesque per casus, acceptam: quibus recolendis celebrandisque beneficiis peraptum obvenit tempus, patriae vestrae natali felicissime redeunte. In eo namque estis ut annum numeretis millesimum ex quo maiores illi domicilia sedesque suas istis in regionibus collocaverunt, atque res coepit Hungarica. -- Constituta sollemnia nihil dubitamus quin dignum

plane exitum honestissimaeque fecundum utilitatis sint habitura. Neque enim esse ullus potest sincera charitate civis, quem non decora tangant communis patriae, et cui non acres admoveat imitandi stimulos avita rerum gestarum gloria publice revocata. Ad haec accessio nobilis fiet ex consentiente suffragio exultarum quotquot sunt gentium, quae gaudia vestra amice consociantes, regnum certe gratulabuntur aptis legibus institutisque conditum, civili prudentia et virtute bellica conservatum, multis egregie factis in hanc provectum diurnitatem et amplitudinem. — Nobismetipsis tam iucunda accidit faustitas vestra quam quae iucundissima, nec quidquam optatius est quam vobiscum, Venerabiles Fratres, praesentes in populo vestro mente animoque versari. Facit hoc praecipue tum Nostra erga Hungariam catholicam peculiaris propensio et cura, tum vero ipsius in hanc Apostolicam Sedem atque in Nos plane studiosa voluntas, crebris significationibus declarata. Inter cetera, postremis hisce annis frequentes Hungaros Roma vidit, vobis rite ducentibus, ad sepulcra Apostolorum Principum venerabundos; vidimus Nos coram effusos, quum testimonia fidei, obsequii, amoris, communi popularium nomine, exhiberent pulcherrima. Nec defuit eis benevolentia Nostra et opportuna exhortationis alloquium, ut animos in officiis sanctae professionis confirmaremus: quamquam id consulto uberiusque praestitimus nationi universae, litteris ad vos semel atque iterum datis. Nunc autem, quandoquidem commeminisse iuvat qua verecundia et gratia clerus bonique omnes illa paterni animi argumenta acceperint, rursus ad vos, interpres charitatis Nostrae, haec epistola adveniat; quae, favente Deo, saecularis celebritatis et laetitiam augeat et fructus multiplicet.

In tota rerum serie quarum apud vos commemoratio

cultu magnifico apparatur, religionis catholicae ea omnino elucet atque eminent virtus, quae optima est incolumitatis publicae conciliatrix bonorumque omne genus parens vel faulrix in populis. Sane, quod prudentiores vestrarum rerum scriptores aiunt, occupatas istic regiones natio Hungarorum nec diu nec prospere tenuisset, nisi eam doctrina et gratia evangelica, iugo superstitionis exemptam, monendo ac mitigando, ad illa adduxisset, iura gentium veneri, laedere neminem, clementiam induere, colere studia pacis, principibus tamquam Deo subesse, fraternitatem domi forisque exercere.—Admirabili modo, in GEIZA duce et in primoribus gentis, catholicae fidei apud vos consecrata sunt initia; agente in primis sancto episcopo ADALBERTO, viro apostolicis laboribus et martyrii denique laurea clarissimo. Quae quidem initia tanto praestantiora extiterunt, quanto et tempora et loca periculosius patebant funesto cum Ecclesia romana dissidio ab orientalibus erumpenti. Coepta patris institit perfecitque STEPHANVS, christianus princeps spectatissimi exempli, divinae in vos benignitatis consiliis magno animi et operae ardore obsecutus. Qui merito gentis vestrae firmamentum praecipuum ac lumen ideo salutatur, quod eam, religionis verae beneficio, non modo ad sempiternae adeptionem salutis, summum bonorum omnium instruxit, sed ceteris etiam expectandarum rerum praesidiis auxit et nobilitavit. Eo ipso principe, qui pietate excelsa sceplrum suum augustae Dei Matri et beatissimo Petro oblatum dedicatumque voluit, inita est inter romanos Pontifices et reges populumque Hungariae illa studiorum officiorumque vicissitudo, quae a Nobis aliàs est collandata. Eiusdem coniunctionis sacramtum quasi vinculum ad perpetuitatem fuit corona regia, Christi Servatoris et Apostolorum iconibus distincta, quam Stephano Silvester II decessor Noster dono misit,

quum regium ei attribuit nomen, quod apud vos *Christi fidem longe lateque diffuderit* (1). Illud autem es commemoratu dignum, quod simul Hungarorum comprobatur in obsequio Petri constantiam, ut scilicet eadem corona varias gravesque temporum procellas salva pertulerit, pristino fulgens honore, perinde semper habita religioseque custodita tamquam regni decus maximum et praesidium.

Eiusmodi auspiciis factum est, ut crescens opibus Hungaria easdem ingressa sit vias quibus populi incedebant christianae Europae adolescentis, et proprium generis ingenium, validum erectumque, eo felicius ad omnem virtutis humanitatisque appulerit laudem. Inde praeter commoda et ornamenta cetera, haud exiguus provenit hominum numerus, qui sanctitate vitae, doctrina, litteris, artibus, gestis muneribus, semetipsos et patriam verissime illustrarunt.—Atque rem sane optimam iam moliantur, qui, ut allatum est, talium religionis promeritorum selectam copiam, monumentis ex oblivione et silentio eductis in lucem porro sollempnia ipsa proferendam oculisque exponendam curant. Porro monumenta litterarum, quum vestra, tum ea quibus apostolica Nostra tabularia abundant summa consensione illud testantur quod permagni interest, praesertim hoc tempore, reputare. Videlicet quales fuerint apud maiores vestros Ecclesiae partes in iure publico sive constituendo sive administrando: eius certe sapientia, disciplina, aequitas, cunctis ordinibus libentissimis, usquequaque influxit.—Civilis praeterea libertatis, pro qua populus vester nunquam destitit propugnare, Pontifices romani tutores vindicesque se, quodcumque illa in periculum ac discrimen vocata est, vel rogati vel ultro prae-

(1) Clemens XIII P. M. in alloc. *Si qui militaci*, die 1 oct. an. MDCCCLVIII.

buerunt. Id saepius olim accidit; tunc in primis quum impetus acerrimorum fidei sanctae hostium oportuit refutari. Qua in parte nemo quidem unus non consenserit, clades teterrimas, quae simul plerisque ex occidente populis imminebant, Hungarorum constantiâ invicta esse depulsas; nulli tamen obscurum est, ad eam eventuum felicitatem decessores Nostros contulisse multum, suppeditata pecunia, missis auxiliis, conciliatis foederibus, praesidio caelesti exorato. Id potissimum praestitit Innocentius XI; cuius perennat nomen, ab utroque clarum insigni facto, liberatâ nempe circumsedentibus infeste armis Vindobona, et Buda, urbe primaria vestra, post diutinam oppressionem magnifice vindicata.—Item Gregorio XIII immortale in gentem vestram stat meritum. Quum enim et istic, ob studia novarum rerum ex finitimis infusa populis, religio graviter laboraret, saluberrimum ille consilium, quod iam aliis pro nationibus sapienter liberaliterque perfecerat, idem pro Hungaria, tamquam *insigni et amplo christiani orbis membro*, suscepit. Scilicet collegium vobis in Urbe condidit, quod deinde Germanico adiungendum censuit, in quo delecti alumni ad doctrinas virtutesque sacerdotio dignas exquisitius instituti, operam ecclesiis vestris fructuosiorum aliquando navarent: id quod non intermissa ubertate evenit, multis etiam eductis qui episcopalem gradum magna laude parique Ecclesiae et civitatis decore tenuerunt.

Isthaec Nos similiaque beneficia quae continuâ Ecclesiae gratia sunt in genus vestrum profecta, libentes agnovimus non tam esse patriis consignata fastis, quam in animis civium alte manere insculpta. Instar omnium locuple testis est, inde a saeculo quinto decimo, Ioannes ille Hunyades, cuius consilium et fortitudinem nunquam Hungaria non efferet memo: is igitur grate diserteque affirmavit: *Haec patria, nisi stetisset fide, opibus, reor, non fuisset*

statura: eodemque regni moderatore, ordines cuncti, communi ad Nicolaum V epistola, professi sunt: *Utcumque sumus; Apostolica maxime gratia enutrite consistimus*. Quibus testificationibus tantum abest ut consecutae aetates quidquam ademerint ponderis, ut non minimum potius addidisse, beneficiis auctis, videantur.—Emergitque in Hungaris quemadmodum in semper magno opere enisisint, praecipuaeque sibi duxerint gloriae, ut regnum suum Apostolicae Sedi, tamquam *peculiare et deditissimum*, quam maxime obstrictum tenerent. Huic rei complura quidem ex actis publicis suffragantur; vellitterae a regibus et optimativus ad Pontifices romanos summa cum pietate perscriptae, vel exempla magnanimae strenuaeque virtutis, quae, ante etiam quam contra irruentes Mahometanorum copias contenderet, suppetias venit Ecclesiae, ad iura eius tutanda ulciscendasve perduellium iniurias. At, ne fusius ea persequamur, satis loquuntur quae multis modis intercessere officia regi Ludovico Magno cum Innocentio VI et Urbano V, plena fidei et observantiae, plena benevolentiae et laudis. Eaque sunt commemorabilia quae Matthias rex Paulo II rescripsit, adhortanti ut nomini catholico, ab Hussitis in Bohemia afficto, ope valida subveniret: *Ego me, inquit, sanctae romanae Ecclesiae et vestrae Beatitudini, una cum regno meo totum dedicavi. Nihil mihi tam arduum, nihil adeo periculosum Dei in terris Vicarius, immo Deus ipse iubere potest, quod suscipere non pium et salutare existimen, quod non intrepidus aggrediar, praesertim ubi de solidanda fide catholica et de contundenda perfidia impiorum agitur..... Quibuscumque religionis hostibus occurrere opus est, ecce Matthias simul et Hungaria..... Apostolicae Sedi et vestrae Beatitudini devoti manent, aeternumque manebunt*. Nec vero vel regis dictis vel Pontifices expectationi res defuit; manetque posteritati gravissimum documentum.—Huc praete-

rea spectant, tamquam fidelis admodum voluntatis prae-
mia, eae commendationes non paucae nec mediocres, qui-
bus ab hac Sede Apostolica dignatum est genus vestrum;
singulares item honores ac privilegia, qua vestris regibus
ab ipsa sunt impertita. Libet autem Nobis, praesentemque
celebritatem omnino addecet, illustriorem quamdam pa-
ginam excitare ex amplo diplomate, quo Clemens XIII
Mariae Theresiae, reginae Hungariae, eique in eodem reg-
no successuris *appellationem Regis Apostolici*, privilegio
vel consuetudine inductam, pro potestate confirmavit. Hoc
igitur Pontificis praeconio, ut iam patres atque avi nepotes
ipsi fruantur: «... Florentissimum Hungariae regnum, ad
christianae ditionis et gloriae terminos proferendos, vel
propter bellicosissimae gentis fortitudinem omnium aptis-
simum, vel propter locorum naturam opportunissimum
adhuc quidem semper habitum est et fuit. Neque vero quis-
quam ignorat quam multa et quam egregia facinora pro
tuenda propaganda que lesu Christi religione gessit nobi-
lissima Hungarorum gens; quam saepe manus conseruit
cum teterrimis hostibus, iisdemque ad communem chris-
tianae reipublicae perniciem erumpentibus suo veluti cor-
pore aditum interclusit, maximasque de illis victorias re-
portavit. Celebrantur ea quidem fama, clarissimisque
prodita sunt monumentis litterarum. At silentio nullo modo
praeterire possumus Stephanum illum sanctissimum fortis-
simumque Hungariae principem, cuius memoriam caeles-
tibus honoribus consecratam atque in Sanctorum numero
collocatam rite veneramur. Eius autem virtutis, sanctita-
tis, fortitudinis vestigia extant istis in locis ad laudem
Hungarici nominis sempiternam. Neque eius pulcherrima
exempla virtutum reliqui in regno succesores non sunt
perpetuis temporibus imitati. Quamobrem nemini mirum
videri debet, si romani Pontificis Hungaricam nationem

eiusdemque principes et reges, ob maxima et egregia illorum erga catholicam fidem et romanam Sedem merita, amplissimis semper laudibus ac privilegiis condecoraverint. Quale est illud in primis sane honorificum, quod ante reges, quando prodeunt in publicum, tamquam splendidissimum Apostolatus insigne, Crux praeferatur, idque ut ostendatur Hungaricam nationem atque eius reges gloriari unice in Cruce D. N. Iesu Christi; atque in eo signo pro catholica fide et dimicare semper, et vincere consuevisse (1).

Iamvero, quamquam tam praeclaris hominum ac rerum recordationibus sollemnia commendari vestra magnisque laetitiae significationibus exornari perpulcrum est, res tamen ipsa suadet ut aliquid spectetur amplius, quod fluxum non sit idemque communi bono solida afferat incrementa. Caput est, ut se respiciat Hungaria: et conscientia nobilitatis religiosissimorum patrum impulsam, nec ignaram temperum, ad proposita digna nitatur. Vos nimirum, cuiuscumque ordinis estis, appellat cohortatio Apostoli: *Stete in fide, viriliter agite et confortamini* (2); eique concinat sane oportet una mens omnium et vox: *Teneamus spei nostrae confessionem indeclinabilem* (3); *Non inferamus crimen gloriae nostrae* (4).—Saeculi cursum universe contuentibus dolendum certe, Venerabiles Fratres, homines passim esse, eosque in sinu Ecclesiae nutritos, qui religionem catholicam neque opinione neque actione vitae proinde colant ac digna est, paremve propemodum faciant cuilibet religionis formae, atque etiam suspectam invisamque habeant. Vix autem attinet dicere quale illud sit, praestantissimam hanc patrum haereditatem degeneri sensu repudiare, et quam

(1) Epist. *Quum multa alia* die XIX aug. an. MDCCLVIII.

(2) I Cor. XVI, 13.

(3) Hebr. X, 23.

(4) I Machab. IX, 10.

ingrati sit improvidique animi beneficia eius, tum diu parta agnoscere nolle, tum in posterum expectanda negligere. Siquidem in sapientia institutisque catholicis virtus et efficientia inest, prout initio monuimus, mira prorsus et multiplex ad humanae societatis bonum; neque ea cum aetatibus exarescit, sed eadem semper et vivida, novis item temporibus, modo ne opprimatur, constanter est profutura.—Quod propiur attingit populum vestrum, iam ei Nos de religione, per superiores litteras adsimilisque curas, satis consuluisse existimamus, aequè periculis denunciatis ab illa prohibendis, aequè adiuventis propositis quae ad eius libertatem dignitatemque aptius conduceret. Et quoniam a re religiosa res civilis dissociari nequit, huic etiam curationem opemque afferre, quod plane cohaeret cum Apostolico officio, vehementer studuimus. Nam quae Nobis visum est convenienter temporibus vestris identidem suadere et praescribere, ea non exiguam partem, ut probe meministis, publicae quoque salutì ac prosperitati vertebant. Quod si, hoc ipso in genere, coniuncta bonorum studia impensius quotidie consiliis monitisque Nostris sint responsura, quidni eam spem amplectamur quae ex hac saeculari memoria laetior efflorescit et quasi praelucet ad communium votorum exitum maturandum? Nemini sane civi optimo non id in votis fuerit, ut, sublatis dissentiendi causis, suus Ecclesiae ne abnuatur honos, ex quo pariter civitati luculentius niteat suos, in foedere ductuque avitae religionis. Inde fiet ut auctoritas potestatum, mutua ordinum officia, institutio adolescentiae, talia plura recte se tueantur in veritate, in iustitia, in charitate: his enim maxime fundamentis praesidiisque civitates nituntur ac vigent. Quae complexio bonorum ut apud vos habeatur qualis clariore patrum memoria fuit, id certe valiturum non minime est, si pietatis affectio erga romanam Ecclesiam,

novis veluti auspiciis, ab eorum exemplo incitamenta capiat. Opportune quidem in publicis gaudiis illud etiam indictum novimus, ut honorificentissimum Stephani diadema insuetâ pompa per urbem principem, ad *Sedem Comitiorum* dedicandam, certa die deferatur; nihil quippe cum gloria nationis regumque vestrorum tam est connexum, nihil cum recta civilis rei temperatione tam congruit, quam sacrum illud regiae potestatis insigne. At vero spe libet praesumere duplex praestabile emolumentum ex illa re facile oriturum. Alterum, ut in ordinibus atque in multitudine eo magis sacramentum firmetur obsequii fideique in augustam Domum Habsburgensem, quae idem diadema, ultro sibi a maioribus vestris delatum, ad felicitatem regni perpetuo gessit; alterum, quod est huius propositi, ut copulata recordatio intimae patrum cum Cathedra Petri necessitudinis, quae per ipsum pontificale donarium rata sanctaque exstitit iisdem vinclis stabilitatem addat et robur.

Sciat autem gens Hungarorum illustris, omnino se posse ac debere auctoritati et gratiae considerare Sedis Apostolicae: quae nec immemor erit unquam rerum ab ipsa pro catholico nomine praeclare gestarum, et pristinum erga ipsam animum providentiae indulgentiaeque maternae retinet, retinebit. — Quantum est in Nobis, si quidquam adhuc vestrâ causa curavimus et effecimus, ea Deus perbenigne ad successum foveat, Nobisque consilio et ope sua sic adsit, ut liceat eo vel amplius rationibus vestris gratificari. Per hanc praesertim faustitatem respiciat ille praesentissimo numine Regem vestrum Apostolicum, ordines, clerum, populum universum; faciatque afluentes eorum copiâ bonorum, quae ipse nationibus regnisque promisit custodientibus iustitiam et pacem. Vos aequè respiciat omnes magna Domina vestra MARIA, unaque Stephamus et Adalbertus, iidem regni apostoli et patroni caelestes; quorum salutari

tutela, ab avis et maioribus tantopere explorata, cumulatius in dies fructu laetemini. Singulare votum summa charitate adiicimus. Fiat nimirum ut cives omnes, quos unus eiusdem patriae commovet amor eademque publicae gratulationis causa fraterno more coniungit, eos una eademque fides in felici complexu Ecclesiae matris aliquando devinciat.

Vos autem, Venerabiles Fratres, omni vigilantia diligentiaque pergite, ut facitis, de populo vestro et de civitate mereri optime: auspicemque divinorum munerum et peculiaris benevolentiae Nostrae testem, Apostolicam benedictionem habete, quam singulis vobis cunctaeque Hungariae laetanti amantissime impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die I Maii anno MDCCCXCVI, Pontificatus Nostri decimo nono.

LEO PP. XIII.

OBISPADO DE SALAMANCA

Circular

De conformidad con la costumbre admitida en este Obispado, damos el competente permiso para que los fieles dedicados á las faenas de la recolección puedan, durante ésta, trabajar en los días festivos, cuando la necesidad lo exigiese, á excepción de las festividades de San Pedro, Santiago y Asunción de Nuestra Señora, sin que por ello queden dispensados de la obligación de oír misa en los domingos y días de precepto. Los Sres. Curas Párrocos y demás encargados de las parroquias, al dar conocimiento á sus feligreses de esta nuestra disposición, les pondrán de manifiesto la benignidad de nuestra Santa Madre la

Iglesia al suavizar cuanto le es posible el cumplimiento de sus mandamientos, dispensando de ellos, siempre que motivos razonables lo requieren y consienten; exhortándoles además amorosamente para que santifiquen con algunos actos de piedad esos mismos días festivos en los cuales se les autoriza para trabajar.

Salamanca 15 de Junio de 1896.

† FR. TOMÁS, Obispo de Salamanca.

CONGRESO EUCARÍSTICO DE LUGO

Junta diocesana de Salamanca

Reunida la Junta diocesana del Congreso Eucarístico de Lugo, el domingo infraoctava del Corpus, en el Palacio Episcopal, acordó, entre otras cosas, dirigirse por la presente circular á los Sres. Curas párrocos, ecónomos y encargados de las parroquias de la diócesi, solicitando su valiosa cooperación, con el fin de que, por cuantos medios estén á su alcance, procuren la inscripción del mayor número de socios titulares y honorarios, ya enviando algunos trabajos literarios sobre los temas señalados en el programa, ó bien mandando algún objeto notable de arte para que figure en la Exposición que ha de abrirse el día de la inauguración del Congreso, que será el 26 de Agosto.

Procuren los Sres. Párrocos citar á junta á las Cofradías Sacramentales de sus respectivas iglesias y acuerden el mejor modo de hacer que se inscriban gran número de socios, nombrando de su seno algunos socios titulares, ya remitiendo Memorias expresivas de la fecha de la fundación é historia de las mismas Cofradías Sacramentales ó remitiendo objetos artísticos al Congreso para que figuren

en la Exposición, pidiendo antes el permiso al Prelado de la diócesi.

Para facilitar el envío de las cuotas de los socios, pudieran los Sres. Párrocos cobrarlas y dar orden al señor Habilitado del Clero para que las entregue, bien en la Secretaría de Cámara del Obispado, á donde se pueden dirigir también para la inscripción de socios, ó al Sr. Tesorero de la Junta el Dr. D. Nicasio Sánchez Mata ó al Secretario de la misma.

La cuota es de siete pesetas, lo mismo para los socios titulares que para los honorarios.

Los titulares tendrán voz y voto en las deliberaciones del Congreso, y unos y otros recibirán un ejemplar de la Crónica del mismo. Las señoras podrán ser socias honorarias; tendrán derecho á recibir la Crónica y billete de asistencia á las funciones que se celebren.

Nuestro amantísimo Prelado se propone asistir al Congreso y está encargado de uno de los sermones que se predicarán en las funciones del mismo: justo es que le acompañen á la asamblea eucarística el mayor número posible de sus hijos, para que la diócesi salmanticense sea una de las que más contingente de socios den á dicho Congreso, y se demuestre que no en balde es Patrono de la misma el devotísimo de la Eucaristía San Juan de Sahagún.

Salamanca, 11 de Junio, octava de la festividad del Corpus.

El Presidente, *Federico Liñán*.—El Secretario, *Martín Domínguez Berrueta*.



REAL ACADEMIA DE CIENCIAS MORALES Y POLITICAS

Accediendo gustosos al ruego dirigido por la Real Academia de Ciencias Morales y Políticas á nuestro Rmo. Prelado, publicamos á continuación el programa de los temas sobre que ha de versar el concurso del presente año:

TEMA PRIMERO

Estudio histórico crítico de las contribuciones é impuestos establecidos en Aragón, Cataluña y Valencia, durante la Edad Media.

TEMA SEGUNDO

Influencia de la facilidad y adelanto de los transportes terrestres y marítimos en los mercados y en la baja de los precios. Su relación con la libre concurrencia entre países de diversa organización económica y fiscal; poniendo de manifiesto lo que ocurre en España.

En este concurso se observarán las reglas siguientes:

1.^a El autor de la Memoria que resulte premiada obtendrá una medalla de plata, dos mil quinientas pesetas en metálico, un diploma y doscientos ejemplares de la edición académica, que será propiedad de la Corporación.

Cuando la Academia reconozca mérito suficiente en varias Memorias para obtener el premio, podrá distribuir el valor del mismo en porciones iguales ó desiguales; entregando también á los autores la medalla, diploma y doscientos ejemplares impresos de su trabajo.

2.^a La Corporación concederá el título de Académico

correspondiente al autor ó autores en cuyas obras hallare mérito extraordinario.

3.^a Adjudique ó no el premio, declarará *accesit* á las obras que considere dignas; el cual consistirá en un diploma, la impresión de la Memoria y la entrega de doscientos ejemplares al autor.

Se reserva el derecho de imprimir los trabajos á que adjudique premio ó *accésit*, aunque sus autores no se presenten ó los renuncien.

4.^a Las obras han de presentarse escritas con letra clara, y señaladas con un lema y el tema respectivo; y se remitirán al Secretario de la Academia hasta las doce de la noche del 30 de Septiembre del año 1897: su extensión no podrá exceder de la equivalente á un libro de 500 páginas, impresas en planas de 37 líneas de 22 ciceros, letra del cuerpo 10 en el texto y del 8 en las notas.

Cada autor remitirá con su memoria un pliego cerrado, señalado en la cubierta con el lema de aquélla, y que dentro contenga su firma y la expresión de su residencia.

5.^a Los autores de las Memorias recompensadas con premio ó *accésit*, conservarán la propiedad literaria de ellas.

No se devolverá en ningún caso el ejemplar de las que se presenten al concurso.

6.^a Concedido el premio ó *accesit*, se abrirá en sesión ordinaria el pliego cerrado correspondiente á la Memoria en cuyo favor recaiga la declaración: los demás se inutilizarán en junta pública. En igual acto tendrá lugar la solemne adjudicación de aquellas distinciones.


7.^a Á los autores que no llenen las condiciones expresadas, que en el pliego cerrado omitan su nombre ó pongan otro distinto, no se les otorgará premio. Tampoco se dará á los que quebranten el anónimo.

8.^a Los Académicos de número de esta Corporación no pueden aspirar á ninguno de los premios.

Madrid 29 de Abril de 1896.

Por acuerdo de la Academia, JOSÉ GARCÍA BARZANALLANA, *Académico Secretario perpétuo*.

La Academia se halla establecida en la Casa de los Lujanes, Plaza de la Villa, núm. 2, principal.



LAS FIESTAS DE SAN JUAN DE SAHAGÚN

Hánse desarrollado las fiestas del Santo Patrono conforme á las disposiciones de nuestro Rvmo. Prelado y con aquel aparato y esplendor que el espíritu religioso de un pueblo entusiasta de sus glorias sabe prestar á las de suyo solemnes ceremonias del culto católico.

Al presenciar la víspera de la festividad aquella procesión en que todo era eminentemente popular y castizo, respirándose tan solo un ambiente especial que nunca podrán eclipsar manifestaciones artificiales, hubo momentos en que nos parecía volver á aquellos solemnísimos festejos con que en otro tiempo el pueblo á Salamanca celebraba la canonización de San Juan de Sahagún.

Marchaba delante una preciosa carroza en la que niñas y flores simbolizaban á maravilla la venturosa paz; y seguían detrás numerosas filas de devotos del Santo agustino, cuya majestuosa imagen era llevada en andas por obreros salmantinos.

Recorrió la piadosa comitiva los lugares especialmente favorecidos por los milagros del Santo, siendo en todas partes recibida con cariñosas muestras del amor del pue-

blo, amor ingenioso que se manifestaba en alegres hogueras, brillantes iluminaciones, vistosos adornos tejidos con flores y en esas mil maneras con que se revela el afecto sincero de la gente sencilla sin necesidad de aparatosos programas ni de otro arte que ese arte sutil que el pueblo tiene sin saber donde lo aprendió.

Dios bendiga por la mano prodigiosa de su Santo sirvo á este pueblo creyente, que ya sabe á dónde tiene que volver sus ojos, ya conoce cuáles son sus glorias y su grandeza, y por eso pide con ferviente súplica al Pacificador de Salamanca, que sea ahora para España entera el Angel de la paz, que venga de los cielos para batir sus alas sobre los desolados campos de la América española, que sea de nuevo la paloma que, como la del arca del diluvio, nos traiga la deseada rama de pacífica oliva.

Así lo pedía en poesía sencilla una copla, colocada en pobre cartel, en la calle del Pozo Amarillo:

A Tí San Juan te pedimos,
los que de veras te amamos,
que se termine la guerra
como acabaron los Bandos.

El día de San Juan se celebraron solemnísimos cultos en la Catedral, con asistencia del Excmo. Ayuntamiento que, penetrado de su representación, acordó asistir á todas estas fiestas, predicando un notable sermón D. Tomás Redondo, profesor del Colegio de Estudios Superiores.

En la parroquia de San Juan de Sahagún, también por la tarde, tuvo lugar tierna festividad, en la que el Sr. Morriño hizo un cariñoso panegirico al glorioso Patrono de Salamanca: brillantes focos de luz eléctrica comunicaban su atractivo y hermosura á la espaciosa nave del precioso templo.

No olvidará Salamanca las fiestas de San Juan de Sahagún en el año 1896.

ADVERTENCIA

Ocurre que al posesionarse los nuevos párrocos de sus iglesias y casas rectorales, encuentran desperfectos y necesidades por todos lados, y han remitido varios á la Secretaría de Cámara tales instancias y presupuestos de reparaciones, que se asombrarían ellos de la cantidad á que asciende la suma de todas ellas. Necesario es, pues, tener calma é irse remediando como puedan, que no se les dejará desamparados, según que se alcance el favorecerles, y advertir al propio tiempo que la mejor manera de atajar desperfectos, es cumplir todos con las prescripciones del Sínodo, en orden á reparar á tiempo las quiebras pequeñas.

Así encarga el Excmo. Prelado que se les participe en este BOLETÍN.

Salamanca 15 de Junio de 1896.

DR. PEDRO GARCÍA REPILA.